Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

intellectum te cognoscentem / dilige-
ntiam te querentem / sapientiam te
invenientem / conversacionem tibi pla-
centem / perseveranciam te fiducialiter
expectantem / fiduciam te feliciter
amplectentem / penis confligi per
penitenciam / tuis beneficiis in via uti
per graciam / et tuis gaudiis in patria
perfrui per gloriam Amen

Gratulacio [?]

O eterni dei patris omnipotentia
O eterni dei filii patris
sapientia / O spiritus sancti
ineffabilis amborum
nexus clementia / O divina et
singularis deitatis unitas / O in-
mense deus / O fons eterne
clementie / fundens indesinenter
graciarum rivulos / O speculum amo-
ris inextinguibile / extentum in
crucis patibulo pro miserorum instau-
racione / O palma et martirum
victoria / omnium confessorum confes-
sio gloriosa / O iuste iudex
iudicans secundum equitatem / red-
dens unicuique secundum opera sua /
O vita et salus omnium te puro
corde querentium / O saluberrima
et viva refectio qua anima delectatur /
et gratia augetur / qua eius male
dictionis perpetue reconciliatus
precium primorum [?] / O conversacio iu-
storum tutissima / et afflictorum
consolacio gaudiosa / O finis
et principium in cuius potestate ce-
lorum virtutes moventur / terra tremo-
re concutitur / celum pandetur /

infernus contremiscit / O resur-
rectio omnium mortuorum / O eterna
vita omnium electorum / et bene vive-
ntium / et retributio beatorum /
Creator [?] domine Ihesu Christe altissime
dei fili tue refero ego indignus
peccator pietati graciarum actiones / qui
me vocare dignatus es ad cog-
nicionem excellentissime ac mis-
teriose artis / que omnibus incog-
nita esse videtur / non cognoscentes
nature ordinem / ex quibus hoc
donum constituit / cum nil assit in
immensa gratia tua / que michi
criminoso est elargita / et multis
aliis te vere amantibus a tua
graciosa magnificencia elargitur
Presta benignissime deus
omnibus eam habentibus / et hanc
devote desiderantibus / ut omnis arro-
gantia et omnes cupiditates
luxurie / et omnia alia vicia illis
implicata / ab eis longe pel-
lantur / et misericordiam tuam cu-
m clementissime patre in tuo no-
mine consequi mereantur Qui
vivis et regnas cum deo patre in
unitate spiritus sancti etc. Amen